Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

eos daniel. Separate eos ab invicem procul et diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero vocauit vnum de eis. Et dixit ad eum. Inueterate dierum malorum nunc venerunt peccata tua quae operabaris prius: iudicans iudicia iniusta. Innocentes opprimens et dimittens noxios. dicente domino. innocentem et iustum non occides. Nunc ergo si vidisti eum. dic sub qua arbore videns eos colloquentes sibi. Quam autem sub hac. Dixit autem daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus domini accepta sententia ab eo: scindet te medium. Et amoto eo iussit venire alium et dixit ei. Semen chanaan et non iuda species decepit te et concupiscentia sub vertit cor tuum sic facebatis filiabus isrl et ille timentes loquebantur vobis. sed non filia iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehendens eos loquentes sibi. Quam autem sub pinu. Dixit autem ei daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuum. Manet enim angelus dei gladium habens ut secet te medium et occidat vos. Exclamauit itaque omnis ceetus voce magna et benedixerunt deo qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt adversus duos presbyteros. Convicerat enim eos daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium. Fecerunt ergo sicut male egerant adversus proximum et interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. Vbi Si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es domine. V Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Hallelujah. Deinde ait ihs Sancti iohanneis. Facta sunt in monte oliueti: et diluculo iterum venit in templum

et omnis plebs venit ad eum